

A: elisalva@teamamus-cicero.lat

AD: marcus.tulius@cicero.lat

EXEMPLUM: epaff@stud.uni-mainz.de; scavallo@stud.uni-mainz.de

EX. CAECUM: waldec@uni-mainz.de; heinemam@uni-mainz.de

DIES: a. d. XII. Kal. Feb. MMXXIII

DE: EPISTULIS INIURIIS


ELISA ET SALVA CIC. SAL.

Si vales, bene est, nos quidem valemus. Candide dolemus, quod te hodie multas epistulas iniurias et contumeliosas Pretio Petroniano accepturum esse scimus. Nescimus, quis tibi istas missuri sis, sed speramus te non permissurum esse, ut istae animum exagitent. Sicut in proverbio Graeco „Γνώθι σεαυτόν“ est, cognoscamus semper nos ipsos et corrigamus vitia nostra! Sed nonnulli nihil aliud nisi odium et invidiam adferunt. Istae autem epistulae peccata gravia stultitiae sunt, quia non solum te voce vulnerant, sed etiam iustitiam et aequalitatem inter homines neglegunt.

Oportet igitur omnes odium habentes ab istis epistulis iniuriis recedere et potius amorem reverentiamque adversus homines praestare. Si omnes hoc facerent, orbis terrarum locus melior esset et homines feliciores essent. Multae difficultates nobis in his vitis sustinendae sunt, sed odium nostri concoquere molestissimum est et semper erit. Non solum corda, sed etiam animos laedit.

Scias te virum clarissimum esse et vitam beatissimam degere; ne moverint te istae iniuriae! Fortis es atque sapiens, et te causas calumniae reperire posse scimus.

Suademus tibi, ne istas litteras iniurias accipere cures, sed potius te consoleris, quod vir fortis et homo magni ingenii sis. Semper te sequemur et te in virtutibus tuis admirabimur. Memineris verborum sapientis: „τὰ στοιχεῖα“, ut Pythagoras dixit, „εἰσὶν ἡ κρηπίς πάντων τῶν πραγμάτων.“ Ergo nulla causa est, quin istis verbis inanibus movearis, sed potius mentem tuam in fundamento tuo verseris, quod solidum stabileque sit. Etiam te hortamur, ut memineris dictum aeternum Aegyptiorum:

„ (3s.t mw.t ity.t p.t)“ – Aset est mater atque regina caeli.

Quod te moneat, ut multo superes istos, qui te laeserint, neve recordaris te patrem patriae et principem cursus tui vitae esse.

Speramus epistolam nostram te firmaturam esse, sed potius speremus istos homines tandem correcturos iri!

Si tibi gratum facere possumus, ut te adiuvemus, scribe nobis!

Vale, amice, et semper tecum fortuna sit.